

¹⁾ Zur ersten Orientierung s. H. Niedermeier, *Über die Sakramentsprozessionen im Mittelalter. Ein Beitrag zur Geschichte der kirchlichen Umgänge*, in: *Sacris Erudiri* 22 (1974/75) 401–436 (zu NvK: 436).

²⁾ 1457 VIII 18 widerrief Calixt III. das Verbot des NvK für die Stadt Nürnberg in einem entsprechenden Auftrag an den B. von Bamberg und die Äbte von St. Egidien und Heilsbrunn; NÜRNBERG, *StA*, *Reichsstadt Nürnberg*, *Päpstl. und fürstl. Privilegien*, Urk. Nr. 278, dazu Kop.: NÜRNBERG, *StA*, *Reichsstadt Nürnberg*, *Siebenfarbiges Alphabet*, Urk. Nr. 2643; ebenso: ROM, *Arch. Vat.*, *Reg. Suppl.* 503 f. 205^r und *Reg. Lat.* 515 f. 133^v–134^r. Vgl. auch Pölnitz, *Bischöfliche Reformarbeit* 76, Grass, *Volksstum* 28, und Pitz, *Repertorium Germanicum* VII 260 in Nr. 2311, sowie unten Nr. 1275 mit Anm. 2. — Bald danach gestattete 1459 III 31 Pius II. auf Bitte des Mgf. Albrecht (Achilles) von Brandenburg, daß in Städten, Dörfern und Burgen seiner Länder wie auch in den unter seiner besonderen Gunst stehenden Städten Rothenburg, Windsheim und Dinkelsbühl das Sakrament der Eucharistie in jener Weise ohne Verhüllung gezeigt werde, wie es vor der Anordnung des NvK als damaligem Legaten üblich gewesen sei; denn als Folge dieser Anordnung sei die Sakramentsverehrung durch die Gläubigen zurückgegangen sowie Ärger entstanden; Or.: BAMBERG, *StA*, *A* 160 *Lade* 567 Nr. 1050; ROM, *Arch. Vat.*, *Reg. Vat.* 499 f. 230^v–231^r (Brosius-Schbeschewitz, *Repertorium Germanicum* VIII 10 in Nr. 76); zeitgenössische Kopie in NÜRNBERG, *StA*, *Ansbacher Historica I* Blatt 16^v. Vgl. im übrigen Anm. 1 zu Nr. 1310, Anm. 36 zu Nr. 2064, Anm. 26 zu Nr. 2343 und Anm. 3 zu Nr. 2411, sowie Meuthen, *Deutsche Legationsreise 459–462*, und in *Acta Cusana II* unter den oben angeführten Daten.

³⁾ Weitere Verkündigungen des Dekrets: Nr. 1310, 1410, 1448, 1476, 1558, 1573, 1874 Z. 56 und 2007. — Ohne ausdrückliche Nennung des NvK an dieser Stelle nimmt der Kartäuser Johannes Hagen in seinem Traktat *De officio et modo vivendi vicariorum in spiritualibus* doch auch hier auf das Dekret des NvK Bezug: *Et ubicumque invenerit (vicarius) eucaristiam publice teneri in monstancia continue, hoc prohibeat, quia ex hoc perit devocio ad illud sacramentum. Si tamen ab antiquo sic fuit positum, potest concedere, ut solum mane pro devocione populi, antequam exeat ad operandum, monstretur, quando non fuerit illa die missa celebranda aut quando non possunt expectare missam*; ERFURT, *Domarchiv*, *Hs. Hist.* 1 f. 83^v; Klapper, *Johannes Hagen II* 57. Möglicherweise betrifft auch Felix Hemmerlis kleine Schrift *De benedictionibus aure cum sacramento faciendis* das Dekret; Browe, *Verehrung* 133.

1451 Mai 3, <Bamberg>.

Nr. 1265

Heinrich Leubing, Pleban von St. Sebald in Nürnberg, an NvK. Er trägt ihm Klage gegen die Beeinträchtigung der Pfarrkirche St. Sebald durch die Nürnberger Mendikanten vor und bittet ihn um Anweisung an die Mendikanten, der Pfarrkirche die vorgeschriebene Quart aus den ihnen von den Gläubigen gespendeten Opfergaben zu leisten.

Kop. (15. Jb.): MÜNCHEN, *Staatsbibl.*, *clm* 8180 f. 97^r–100^r.

Erw.: Loose, *Heinrich Leubing* 53.

Über dem Text heißt es: *Querela domini et magistri Heinrici Lewbing plebani sancti Sebaldi opidi Nürbergensis porrecta domino legato feria 2^a Quasimodo geniti in congregacione sinodali contra religiosos Mendicancium sequitur in hac forma.*

Reverendissime in Christo pater et domine metuendissime.

Audivit r^{ma} d. v. pridie de et super diferencia, que inter religiosos viros priores et conventus ordinum Predicatorum et Heremitarum sancti Augustini in opido imperiali Nür(bergensi) ex una et magistrum Heinricum Lewbing sanctissimi domini nostri prothonotarium et rectorem parrochialis ecclesie sancti Sebaldi dicti opidi imperialis Nür(bergensis) presertim super iuribus parrochialibus et eadem occasione exorta est partibus ex altera summarias petitiones et deinde eorundem fratrum responsiones tales quales.

Cum autem prefatus magister Heinricus ad responsiones predictas fratrum in scriptis datas et perlectas, ut prefertur, se convertere voluisset, quibus intendebat omnem vim et effectum responsionum huiusmodi enervasse et extinxisse, fuissetque tempus adeo breve, quod locus replicacioni huiusmodi non patuisset, sed dumtaxat quidam articuli quartam et canonicam porcionem concernentes in medium deducti extitissent, in cuius quidem quarte solutione fratres illi per plura secula negligentia extiterunt et solutionem huiusmodi, ut tenentur, minime fecerunt magnum in preiudicium et dampnum dicti magistri Heinrici et ecclesie parrochialis sancti Sebaldi, ad quos quidem articulos predicti

- 15 fratres eo tunc, sicut debuerunt, nullatenus respondere curaverunt, cumque intellexisset autem dictus magister Henricus, quod v. r^{ma} d. partes suas interponere, concordiam et pacem de et super premissis necnon omnibus et singulis controversiis facere auctoritate apostolica et legacionis disponeret et finem daret agitationi predictae, letatus erat corde, quia nil gratius ipsi, quam videre inter fratres et ipsum auram optate pacis revirescere spernque gerebat, quod fratres, qui se deliberaturos inquirebant, ut perfectos et religiosos viros decet, pacem et concordiam nullatenus aspernassent, verum
- 20 quia antedicti fratres, quo spiritu inducti nescitur, pacem refugientes retrorsum abire et vestre r^{me} d. arbitrium recusare auditi sunt non in modicum dedecus sancte sedis apostolice et sanctissimi domini nostri Nicolai, cuius legacionis munus ac vicem v. r^{ma} d. inpresentiarum gerit, de quo vehementer amiratur et dolet magister Henricus predictus.
- 25 Videt enim, quod viri illi contra stimulum calcitrantes sue religionis et professionis immemores potius in discordia quam pace delectentur et subterfugiis quesitis coloribus et ingeniis inviti videantur, prospicit denique, quod subterfugia huiusmodi cedunt in ruinam et extirpacionem iurium parochialium, ymmo verius cultus divini, qui in dicta ecclesia sancti Sebaldi acuratissime celebratur. Cantantur etenim in eadem ecclesia singulis diebus ad minus quatuor misse successive solemniter
- 30 cum nota, quarum presertim prima et ultima frequenter offitio cuiuslibet diei deputantur, legunturque interim et plures misse, ut vestra amplitudo etiam oculis suis conspexit. Cantantur solemniter ibidem integrum matutinale, vespertinum et completorii offitium, et fere singulis diebus animarum memoria cum vigiliis peragitur, et fiunt omnibus diebus dominicis, festivis et sextis feriis solempnes ad populum sermones, in Adventu singulis diebus, in xl^a singulis diebus, qui quidem sermones post
- 35 medium Quadragesime uno die bis fiunt. Quibus officiis in dote parochiali ad minus xii presbyteri cum predicatore et tribus vel quatuor corallibus inserviunt. Adhuc superest magister scolarium et ipse plebanus cum familia sua. Ad quorum sustentacionem temporalem plura requiruntur, ut expertus iudicari poterit. Nec aliud etiam habeant, nisi quod dietim ex populi devocione offertur. Que quidem devocio valde refrigescere videtur et plebs etiam in odia gwerrarum et aliarum tempestatum
- 40 occasionem contristata sic fuit, quod parum de decimis, que hostilibus insidiis non sunt dirute. Nec est verisimile, quod cultus iste tam solemniter manuteneri queat, nisi vigilantia boni pastoris et nisi iura parochialia in esse teneantur, quorum unum est quarta et canonica portio, in qua predicta ecclesia plus, quam dici poterit, vehementer per antedictos fratres, ut prefertur, defraudata et destituta existit.
- 45 Cumque intellexisset, veluti premissum est, quod fratres arbitrium vestre amplitudinis declinaturi et forsitan recessuri et consequenter maiora pericula dictis iuri(bu)s parochialibus allaturi essent, obtinuit idem magister Henricus eosdem auctoritate vestra arrestari, ut in arresto huiusmodi plenius continetur, ad finem, ut saltem ad articulos super quarta et canonica persolvenda pridie lectos et infra subnixos ad plenum responderent et ea facerent arbitrio vestro, que forent rationis et equitatis.
- 50 Sitque eciam patulo, quod spiritualia sine temporalibus in hac miserabili vita subsistere nequeunt, sitque dignum, quod, qui servit altario, vivat de altario, sit postremo certissimum, quod summorum pontificum, qui fratres seu ordines Mendicantium certis privilegiis dotare statuunt, intentio nullatenus erat, quod ecclesie parochiales in suis parochialibus iuribus quoquomodo et presertim in quarta et canonica portione debeant defraudari seu violari, quin ymmo voluerunt et ordinarunt, quod
- 55 eiusdem quarte solutio de omnibus singulis et universis ratione funeris apud eos sepulti oblatis datis et donatis quomodolibet integre fieri debeat sine omni dolo et fraude, ut in Cle. 'Dudum¹⁾' plenissime continetur.
- Quare pro parte dicti magistri Henrici et ecclesie parochialis sancti Sebaldi humiliter supplicatur re^{me} paternitati v., quatenus auctoritate apostolica et legacionis antedictos fratres compellendos esse decernatis et compellatis, ut de et super premissa quarta ac super universis et singulis articulis quarte solucionem concernentibus in presentiarum clare et integre respondeant et dicto magistro Henrico de huiusmodi quarta de preteritis et solvi neglectis faciant, quod iusticie et rationis ordo postulat vel equitatis, quodque si ad ipsum facere recusarent, fratres illos et quemlibet eorum incidisse declaretis sententias in arresto huiusmodi contentas et aliis penis et censura percellendos esse
- 60 et percelli, prout eorum temeritas exegerit. Dignetur et decernere v. r. d. suo arbitrari iudicio fratres eosdem ad solucionem huiusmodi quarte, prout in Cle. et dictis articulis in iure fundatis continetur ac alias, prout iustum fuerit, de cetero modis omnibus teneri et obligari. Et ad hoc vestrum humiliter implorat offitium exponens predictus salvo semper iure addendi, minuendi, corrigendi et aliis, prout est moris.
- 70 *Er weist dann noch ausführlich das möglicherweise zu erwartende Argument der Brüder zurück, daß es in Nürnberg gewohnheitsmäßig bisher anders gehalten worden sei, so daß sie nedum in penitenciali, sed in iudi-*

ciali foro tenentur ad huiusmodi restitutionem faciendam. *Im übrigen seien den Predigern im Laufe der Zeit domus et case und clenodia magni precii sowie 1000, 600, 300, 200 und 100 Gulden überlassen worden, et curato mittebantur pro sua quarta sex denarii, xi vel duodecim obuli vel Hallenses. Wenn sie sich darauf berufen, quod sanctissimus dominus noster privilegium concesserit, ut de quibusdam rebus 75 quartam solvere ipsi minime teneantur: Audiunt eundem dominum nostrum sanctissimum, qui de usurpacionibus male contentus privilegium huiusmodi de verbo ad verbum revocavit. Petitur itaque, ut ad quartam integre persolvendam tam de preteritis quam de futuris annis declaratoria sententia compellantur, seu quod declaretur, quid de hoc in antea tenendum sit, ut de cetero strepitus querele requiescat etc.*

80

8 predictas fratrum: predictos fratres 11 quidam: quidem 12 solucione: soluciones 19 auram: a v̄ra 30–31 legunturque: leganturque 38 offertur: affertur 66 quarte: in quarte.

¹⁾ c. 2 in *Clem. de sepult. III* 7.

1451 Mai 3, Bamberg.

Nr. 1266

Die <Nürnberger> Mendikanten an NvK. Sie weisen die am letzten Samstag (1. Mai) von Heinrich Leubing schriftlich erhobenen Vorwürfe wegen der Begräbnisabgaben¹⁾ zurück, ohne darauf im einzelnen einzugehen, bringen aber weitere Sachverhalte zu ihrer eigenen Verteidigung vor.

Kop. (15. Jh.): MÜNCHEN, Staatsbibl., ctm 8180 f. 100^r–101^r.

Reverendissime in Christo pater.

Religiosi viri de ordinibus Mendicantium super articulis propositis sabbato die transacto per dominum et magistrum Heinricum Lewbing respondentes²⁾ dicunt, quod idem magister Heinricus Lewbing in certo articulo, puta de quarta solvenda, prefatos religiosos inportune accusans eundem articulum multipliciter specificando multis coloratis verbis, impertinentibus specificacionibus accusationibusque obliquis deducit, que tamen omnia in idem redire cunctis ratione utentibus innotescit. Quare ad singulas specificaciones respondere eos minime oportere confidunt, cum huiusmodi responsionum protelacio tedium non modicum auditoribus generaret, presertim cum de eiusdem articuli obiectu precedenti sabbato irrefragabile recepti ab ipsis responsum.³⁾

Ideo non inmerito in presentiarum quereiosis vocibus re^{me} v. paternitatis auribus significare gliscunt, quod sepe dictus magister Heinricus Lewbing inportunis verborum rumoribus conatur ipsos perturbare et spectaculum presenti auditorio exhibere.

Idcirco iterato respondent se non excessisse nec ipsum suis iuribus parrochialibus et canonica portione defraudasse. Quod patet primo: Nam si alicui fuit 'conswetudo', quod curatus pro 'quarta' habeat sacrificia et oblaciones, sicut Nurberge huc usque tentum est, servanda est, ut tenet per expressum Archidiaconus in glossa verbi 'porcionem canonicam'⁴⁾. Et super hoc, quod curatus primas oblaciones sumit in sua ecclesia, religiosi in Nurberga dant de suis oblacionibus in eorundem ecclesiis ratione funeris oblatis quartam, ad quam non tenerentur. Patet 2^o, quia ad hoc, quod curato debeatur quarta a religiosis, aliqua requiruntur: Primo, quod indigeat vite necessariis pro se et suis sociis, non autem carnalibus. 2^o, quod sepultura sit libera, quod non habent fratres in Nurberga, quia potiores fructus percipiuntur in parrochia in oblacionibus primis etc. 3^o, quod ipse curatus presens sit in exequiis defuncti, nisi casus inevitabilis eum excuset, quod in Nürberga per ipsum non est servatum. 4^o, quod conswetudo in longum prescripta, que vim legis obtinet, non inpediat, sicut in Nürberga tentum est a longo tempore usque in presens, ita quod non sit vivens, qui recordetur oppositum. Et consimilis servatur in multis dyocesibus et locis, sicut hic in civitate Nürberga, Herbipolensi, Ratisponensi. 5^o, quod religiosi aliquid accipiant, unde quarta debeatur curatis; si enim nichil reciperent, de nichilo nichil tenerentur. Patet 3^o per privilegia a sede apostolica ipsis misericorditer indulta, que, si placeant vestre paternitati, legantur.

8 protelacio: protelacionum *oder* protelacionem.